

Liber

coquendi sine delectu deuorata mira natura. Sed non minus stoliditas: in tanta reliq corporis altitudi-
ne cum colla frutice occultauerint latere sese existimantium. præmia ex iis oua propter amplitudinē p
quibusdam habita uasis: conofq; bellicos & galleas adornantes pennæ.

De phœnice

Cap. ii.

AEthiopes atq; indi discolors maxime & ienarrabiles ferunt aues. Et ante omnes nobilem
arabiæ phœnicē. Haud scio an fabulose unum in toto orbe: nec uisum magnopere. A qui-
læ narratur magnitudine: auri fulgore circa colla: cætera purpureus: cæruleâ roleis caudam
pennis distinguentibus. cristis faciem caputq; plumeo apice honestante. primus atq; diligen-
tissimus togarū de eo prodidit Manilius senator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo. Auctor
est neminem extitisse qui uiderit uescententem. Sacrum in arabia soli esse. Viuere annis sexcentis sexa-
ginta. Senescentē casia thurisq; surculis cōstruere nidum: replere odoribus: & super emori. Ex ossibus
deide ac medullis nasci primo ceu uermiculum: inde fieri pullum. præcipioq; iuxta funeri priori redde-
re: & totum deferre nidum prope pancaiam in solis urbem: & in ara ibi deponere. Cū huius alitis uita ma-
gni conuersionem anni fieri prodit idem Manilus. iterūq; significationes tempestatum & syderum eo-
dem reuerti. Hoc autē circa meridiem incipere. Quo die signum arietis sol intrauerit. Et fuisse eius co-
ouersionis annū pdēte se. p. Licinio. M. Cornelio coss. ducētesimū qntūdecimū. Cornelius Valerius
phœnicem deuolauisse in ægyptum tradit. Q. plautio Sex. papinio coss. Allatūq; esse i urbē. Claudii
principis censura anno urbis. dccc. & in comitio propositum. Quod actis testatum est. Sed quæ falsa es-
se nemo dubitarit.

De aquilis.

Cap. iii.

EX iis quas nouimus aquilæ maximus honos: maxima & uis. Sex earū genera. Melænetos
a græcis dicta: edemq; Valeria minima magnitudine: uirib; præcipua: colore nigricās. Sola
aquilarum fœtus suos alit. Cætera ut dicemus fugant. Sola sine clangore sine murmurati-
one. Conuersatur autē in montibus. Secundi generis pygærus in oppidis & in campis albi-
cante cauda Tertii Morphos: quā Homerus & parnon uocat: aliqui & plancū & anataria: secūda ma-
gnitudie & ui: huicq; uita circa lacus. phœmonoe Appollinis dicta filia dētes ei esse pdidit: mutæ alia
carenti lingua. Eadēq; aquilarum nigerrimā pminentiore cauda. Consensit & boethus. Ingeniū est ei
testudines raptas frangere e sublimi iaciēdo. Quæ fors interemit poetam Aescylum: pdictam satis ut
ferunt eius diei ruīnam secuta cæli fide cauētem. Item quarti generis est pæpterus: eadem moratur p
lacus: uulturina specie: alis minimis: reliquas magnitudine antecellens: sed imbellis & degener: utpo-
te quā uerberet coruus. Eadem ieiunæ semper auiditatis: & quærulæ murmutationis. Sola aquilarum
ex anima fert corpora. Cætera cū occidere considunt. Hæc facit ut quintum genus Gnesior uocetur: ne-
lut uerum solumq; incorruptæ originis: media magnitudine: colore subrutilo: rarū cōspectu. Superest
haliæta clarissima oculorū acie librās ex alto sese: uisq; in mare pisce pceptus in mari ruens & discussis
pectore aquis rapiens. Illam quam tertiā diximus circa stagna aquaticas aues appetit: mergentes se sub
inde donec sopitas lassatasq; rapiat. Spectāda dimicatio aue ad perfugia littorum tendente: maxime si
condensa harundo sit. Aquila in deiectu abigente ala: & cum appetit in lacus cadente: umbrāq; suam
nāti sub aqua a littore ostendente. Rursus aue in diuersa & ubi minime se credat spectari emergente.
Hæc causa est gregatam aibus natādi: quia prures simul non infestatur: resperu pennarum hostem oc-
cæcantes. Sæpe & aquilæ ipsæ non tollerantes pondus apprehensum unamergunt. Haliæta tū in plu-
mes etiānum pullos suos percutiens subinde cogit aduersus intueri solis radios: & si conuiuentem flē-
tēq; animaduetit: præcipitat enido uelut adulterium & degenerem. illum cuius acies fima contra ste-
terit: educat Haliæti suum genus non habent: sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur. id quidē quod
ex iis natum est in ossifragis genus habet: e quibus uultures pgenerantur minores. Et ex iis magni qui
omnino non generat. Quidam addiiciunt genus aquilæ: quā barbatam uocat: tusci uero ossifragā: tri-
bus primis & quinto aquilarū generi: medificatur Nido lapis aetites quē aliqui dixere gagitē: ad mul-
ta remedia utilis: nihil igne deperdens. Est autē lapis iste pgnans: itus cū quatiā alio uelut i utero sonā-
te. Sed uis illa medica non nisi i nido direptis: Nidificāt i petris & arborib; pariūt oua terna. Excludūt
pullos binos: uisi sunt & tres aliquādo: Alterū expellunt tedio nutriendi. Quippe eo tēpore ipsis cibū
negauit natura pspitiens: ne oīum ferarū fœtus raperentur. Ungues quoq; earū iuertūtur diebus iis Al-
bescunt inedia pennæ: ut merito partus suos oderint. Sed eiectos ab iis cognatū genus ossifragi exci-
piunt: & educant cum suis. Verū adultos quoq; persequit parens: & lōge fugat æmulos scilicet rapinæ
Et alioquin unū par aquilarum magno ad populandum tractu ut satietur indiget. Determinant ergo
spatia: nec in proximo prædanf. Rapta non protinus ferunt: sed primo deponūt: expertæq; pōdus tūc
demum abeunt. Oppetunt non senio nec egritudine: sed fame: i tantū superiore accrescente rostro: ut
adūcitas aperiri non queat. A meridiano autem tempore operantur: & uolant. prioribus horis diei do-
nec impleantur hoīum conuentu: fora ignauæ sedent. Aquilarum penne mixtas reliquarum auiū pēnas
deuorant. Negāt unquā solā hāc alitem fulmine exanimatā. Ideo armigerā iouis cōsuetudo iudicauit.

Clangum

pcnopter

Inædifica-
tur